Reuerēdiſſimi prīs ꝛ preſtātiſſimi doctoꝝ doctoris dñi Leonelli de Chieregatis Epi Traguriēn. Sanctiſſimi dñi noſtri Pape Referendarij ſermo in publicatiōe cōfederatiōis inite inter Sanctiſſimuz dñm nrm Dominū Innocentiū Papam octauū ꝛ illuſtriſſimū dominiuz Venetoꝝ habitus Rome in eccleſia ſancti Petri die ſecūda Februarij.m.cccc.lxxxvii.

Uetus eſt ꝛ probata ſanctoꝝ patrū ſententia Clementiſſime pōtifex i beato Petro eterne vite clauigero terreni ſimul ꝛ celeſtis impij iura tibi a dño fuiſſe cōmiſſa. Et btitudiez tuā nō ſolum quā ſpūalem: verū etiā quā temporalez appellāt orbis terraꝝ gubernatiōz ſuſcepiſſe. Hancqꝫ ſententiaz velut orthodoxam Celeberrimus ille Romanus pōtifex quartus: quem noie patria ſede: ꝛ quod nō minoris facio inſtituto: ac morib⁹ refers ſolidiſſimis tam veteris: qꝫ noui teſtamēti documentis vt erat doctiſſimus clariſſime cōprobauit. Quāuis enim magiſtratus: ꝛ regimia mundi i multos diſtincta et diſtributa conſiſtant: iure tamē tam naturali: qꝫ diuio vt pſtantiſſim⁹ hui⁹ ſancte ſedis Cardialis Iohānes Monachi grauis auctor eruditiſſime docet ad vnū vicariū Jeſu Chriſti Romanū ꝛ ſummum vniuerſalis eccleſie pontificem neceſſario reducuntur. Audiuiſti itaqꝫ diuinaz illam vocem aploꝝ principis Petri ad beatū Clementem pdeceſſorem tuū: ꝛ ſicut erat tibi dictaz putaſti vt qui omnibus prees omniū cōmodo ſtudeas ac ſaluti: qui ſinguloꝝ onus ac ſolicitudinem portas. Secutuſqꝫ ſaluberrimū Platonis preceptū oēs cogitatiōes. oēs actiōes tuas ad utilitatez tranqlitatem qꝫ dominici gregis tibi crediti ſedulo cōfers vt eā cōmodoꝝ tuoꝝ oblitus feliciſſime tuearis Geſto nuper neceſſario bello pacem ꝛ his qui longe: ꝛ his qui prope tota plaudente Italia dediſti: Quā ut firmā: ſtabileqꝫ ac omnibus inſidiis carentem redderes ad xp̄ianos pricipes ꝛ potentatus inuicem tibi velut membra inter ſe capiti arctiori federis vinculo cōiungendos animū prudentiſſime adieciſti: Quod chriſtiāe reipublice defenſiōi: pſperitati: ꝛ ppagatiōi:

LIVRARIA DE D. FRANC. MANUEL

Inc. 1247

cui ſemper vigili mente proſpicis plurimũ cõducere iudicaſti
Uerum vt cogitate firmitatis iacto fundamento facilius ſpe
ratũ religioſe amplitudinis edificium conſummares: vt reliqui
laudatiſſimo inuitarentur exemplo: oblatum ſe tibi in primis
Illuſtriſſimuz principem ſenatũq; Uenetum religione: fide:
auctoritate: potentia: ⁊ propenſa in hanc apoſtolicã ſedem de-
uotione inter ceteros faceſſat inuidia chriſtiani orbis preſides
conſpicuũ alacri ⁊ prompto ſtudio cõplexus es: complexũq;
paterna charitate ſtrictiſſima tibi cõfederatione conglutinaſti.
Sunt nõnulli pater beatiſſime nõ minus humanarũ ꝙ̃ diui-
narum rerũ imperiti muſitantes nõ decere Romanuz pontifi
cem velut omniũ patrem paſtoremq; cõmunẽ particulari cuz
aliquo principe federe vniri: Quorũ hoc loco inſcidam nõ in
tempeſtiue refellendam duxi. Tu quidam vt modo dicebam
ad generalem cõfederationem reipublice cauſa ineundaz hanc
velut illius fundamentum ſanxiſſe comprobaris. Nihil omi
nus ſpecialia quoq; federa cũ principibus chriſtianis Roma
nis põtificibus pro ſua ſuorũq; pace ſecuritate ⁊ tuitiõe licita
conſueta: decoraq; ſemper fuiſſe ſemperq; fore innumeris teſti
moniis cõfirmatur. Iactent licet illi in euangelicis ⁊ apoſtoli
cis litteris exemplum nõ inueniri petitum aliquid a regibus
terre pro eccleſia contra inimicos eccleſie fuiſſe. Diuus tamẽ
Auguſtinus cõmodiſſime ipſis proculdubio reſpõdet eo tp̃e
propheticũ illud impleri. Quare fremuerũt gentes: ⁊ populi
meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terre ⁊ principes cõue
nerunt in vnum aduerſus dominũ ⁊ aduerſus chriſtum eius.
Nunc vero quod in eodem pſalmo legitur impleri. Et nunc
reges inteligite erudimini qui iudicatis terram. Aliudq; tũc
temporis fuiſſe: ⁊ aliud nunc eſſe: ⁊ oĩa ſuis cõuenire tẽporibꝰ
in illius regis moribus: qui appellabatur Nabugodonoſor:
utrumq; tempus fuiſſe prefiguratum. Legant nichilominus
iſti ſcioli apoſtolicas actiones. ⁊ inuenient diuinum apoſtoluz
Paulum cum quidam iudeorum ſe iuramento obſtrinxiſſent
non cõmeſturos panem niſi eum interfeciſſent: petiiſſe milites

a pretore: quorũ preſidio ab iniuria iudeoꝝ ſeruaretur illeſus
nõ ſue voluptati ſed cõmuni omniũ utilitati victurus. Legãt
Quintum Cartaginenſe concilium: ⁊ ſcient eccleſiam iuſtum
ab imperatoribus vniuerſis auxilium poſtulare ⁊ illis defen
ſoribus aduerſus potentias diuitum vti debere. Legant pon-
tificias ſanctiones ⁊ diſcent Iohãnem octauuz predeceſſorem
tuum conſultiſſime ſtatuiſſe ad miniſtratores ſecularium dig-
nitatũ qui ab eccl'ia requiſiti ſub eius protectione poſitis con
tra impugnantes opem ferre noluerint uſq; ad condignam ſa
tiſfactionez omni communione fore priuatos. Niſi hoc licerz
eccleſie diuus Gregorius pontifex et doctor ſanctiſſimus Ge
nadium patricium et Exarchum africe contra inimicos eccle
ſie non animaret: Sed quia licet complures Romani pontifi
ces vite ſanctimonia diuinarum humanarumq; reruz ſcientia
prediti ad pacem eccleſie conſtituendam conſeruandamq; ali
quos reges aut principes ſeu populos ſpeciali ſibi beniuolen
tie federe deuinxerunt vt Io. vii. Aritpertum Longobardo
rum regem: qui et alpes cotias beato Petro deuotiſſime cõ
donauit. Gregorius ſecundus Neapolitanos contra ducem
Beneuentanum. Gregorius tertius Carolum Francie prin
cipem Pipini patrem cuius auctoritate et hortatu Luitprã
dus Longobardorum rex pacem vrbi ⁊ eccleſie reddidit. Za-
charias eundem Luitprandum contra Traſimundum ducez
Spoletinum. Que amicitia non ſolum Romanis: ſed ⁊ Ra
uecennatibus mirũ in modum profuit. Poſſem et Stephani
pape ſecundi cũ Pipino Francorũ rege coniunctionem com
memorare: Que contra Aſtulfum Longobardorum regem
Romane eccleſie: ⁊ Italie plurimũ extitit ſalutaris. Poſſem
⁊ Stephani. iii. Adriani primi. Leonis itez. iii. cũ excellentiſ
ſimo Francoꝝ rege: ⁊ Romanoꝝ patricio ac demũ a deo coro
nato imꝑatore Carolo arctiſſimũ charitatis vinculũ in mediũ
ꝓferre quo Romana eccl'ia ⁊ deſiderij Lõgobardoꝝ regis inſi
dias ac vexatões euaſit: ⁊ ad meritã amplitudinẽ mirifice cre
uit. poſſez ⁊ Stephãi. iiii cũ Ludouico imꝑatoř Caroli filio:

Sed deficeret me ꝑfecto dies ſi ſingulos ꝑgerem recenſere
Nõ eſſet tamẽ p̃tereundũ niſi me cui ſtudeo breuitas urgeret
quantas apl'ice ſedis turbas ſedauerit magnus ille Otto Ro
manorum imperator Leoni.viii.ꝛ Joanni·xiii·fauens· Non
eſſet item ſilendũ ꝙ̃ opportune ex tyrannoꝝ faucibꝰ Roma
nam eccleſiam eripuerit Ottonis tercij Romanoꝝ imꝑatoris
cum Gregorio quito affinitas ꝛ beniuolentia ſingularis. Nec
quanto adiumento fuerit Gothifredus cuꝫ vxore Mathilde
potentiſſima femina Alexandro ſecũdo cõtra Cadoluꝫ Par
menſem apl'ice ſedis inuaſorem / Eademqꝫ Mathildis ꝛ Ro-
bertus Guiſcardus Apulie dux Gregorio ſeptimo contra
Heinricũ tertiũ olim imperatorem: ꝛ Gibertũ Rauennatem
in apoſtaticuꝫ profanatum· Sed poſterioꝝ quoqꝫ temporum
exempla viſum eſt: in hac etiam anguſtia nõ reticere. Magno
quippe preſidio fuit Paſcali·ii. Rogeriꝰ Sicilie comes: qui
milite ac peccunia ipſum adeo iuuit: ut peſtifero tandem Gi-
berti Schiſmati finis imponeret: Juuerũt ꝛ ipſum princeps
Gaietanus: ꝛ Richardus Aquilanus egregii copiarũ duces
quoꝝ opera pulſis Tyrãnis oppida eccleſie occupar̃ conãtibꝰ
optatam pacem ipſe cõpoſuit· Pretereo ꝙ̃ ardenter Alexã-
dri tertij cauſam contra Federicũ primũ imperatoreꝫ tutate
ſint federate gallie ciſalpine ciuitates: que ꝛ vrbem Alexãdri
am i honorẽ eiuſdem pontificis condiderunt· Omitto quãtis
auxiliis Innocentij.iiii·legato apud parmã preſto fuerit ꝯtra
Federicum ſecundũ i cõcilio Lugdunenſi imperio legitime
depoſitũ Sileo quãtuꝫ victorie Apoſtolici legati ſub Alexã
dro quarto ex Ecelino tyrãno parte cõtulerit. Ad recentiora
enim propero. Pleni ſunt annales ꝙ̃ tempeſtiue / ꝛ Mãfredi
regni Sicilie occupatoris impetus repreſſerit et tyrannos a
ceruicibus eccleſie reiecerit. Carolus prouitie et Andegauie
comes ab Urbano quarto primũ: deinde a Clemẽte iteꝫ·iiii.
in auxiliuꝫ accitus. Referta eſt om̃is illorum tꝑm hiſtoria ſm̃
etatum varietatem multis opportuniſqꝫ Italice pacis cauſa
connexionibus vſam eſſe Romanam eccleſiiam· Habuit ſub

Benedicto·xii.deuinctos Lucbinū vicecomitem Joannem archiep̄m eius frēz Mediolani·Maſtinū ſcalā Verone ꝛ vicētie. Philippinū Conzagam Mantue ꝛ Rhegij. Ubertinū Catrariū Patauij domios·Habuit ſub Clemente·vi.eoſdez vicecomites.Habuit ſub Innocentio item ſexto Philippinū Conzagam:Canem Veronenſem:et Nicolaum Eſtenſem quoꝝ ope parta victoria ſeruata eſt in fide eccleſie· Bononia Egidius Cardinalis Hiſpanus:cuius recens memoꝛia i benedictionibus eſt:ſub Urbano quinto Italie iterū legatus Ludouici Conzage:Franciſci Carrarij:Nicolai Eſtenſis federe fretus ſuperatis hoſtibus:ꝛ exactis tyrānis rem ecleſie florentiſſimam reddidit.Hoꝛum veſtigia ſecuti deinceps Martinus.v·Eugeniꝰ·iiii.Nicolaus·v.Calixtus tertiꝰ Pius.ii· Paulus item ſecundus ꝛ Sixtus·iiii·non ſine federatoꝛum preſidio ꝛ Italicam pacem quoad licuit:et pr̄imonium beati Petri cōſeruauerūt·His tot tantiſq; exemplis motus pater ſancte ſapientiſſime animaduertiſti Venetoꝛum pꝛincipatum Romano pōtificatui pluribus rationibꝰ q̄ aptiſſime cōuenir̄ quod illi pꝛeſidens electione pꝛouehatur: Juſtitia:cōſilio:ꝛ legibus utatur·In religiōe chriſtiana ꝛ oꝛtū ceperit:ꝛ incrementuꝫ:pacis artibus nō minus q̄ bellicis ſit auctus.Ex celitibꝰ Marco gloꝛietur patrono:qui diſcipulus ꝛ interpꝛes Petri quoad audierat ipſum referentem:rogatus Rome a fratribꝰ euangeliū ab eodez Petro poſtea pꝛobatū cōſcripſit·Animaduertiſti inquam Venetoꝛū pꝛincipez maximo difficilimis tempoꝛibus eccleſie Romane vſui fuiſſe:ſiue contra barbaros ob religionem tutandam:pꝛopagandamue:paratiſſimis claſſibus vt ſub Calixto ſecundo·Clemente·iii· Innocentio item tertio ac Clemente.vi·pluribuſq; aliis pōtificibus:ſiue inter latinos ob apoſtolici throni dignitatem conſeruandam augendamue:ꝛ eccleſie ditionem pacificandam maximis opibus inſtructiſſimis exercitibus:deuotiſſimiſq; fauoꝛibus Ipſi enim vt ita dixerim:parietes loquuntur quid egerint Veneti i conſilianda pace ingenti cū eccleſie honoꝛe inter Alexandruꝫ.iii.

a quo inumeris priuilegiis ſunt decorati et Federicũ primuȝ eiuſdem põtificis perſecutoreȝ. Notum eſt ꝙ acerrime tutati ſint partes Gregorij. viiii. cõtra Federicũ ſecundũ Romane eccleſie rebellem. Nõ ignotum quibus officiis Innocentiuȝ ſextum ſiue eius legatuȝ Egidium Cardinalem vnacũ reliqs ſociis i recupandis eccleſie ciuitatibus fuerint proſecuti. Nõ opus eſt referr̃ nouiſſima quo ſtudio: quibus opibus: quibus auxiliis Eugenij. iiii. Pauli ſecundi et Sixti. iiii. federa ſint venerati. Merito igitur hos ſe tibi offerentes/ vt reliquos veluti cortina cortinam traheres ad vniuerſalem cõfederationeȝ conſtituendam ſanctiſſimo tibi federe cõiunxiſti. Ex quo cum uberrimos pacis: ꝛ tranqllitatis quam omni ingenio ſtabilire conari fructos prouenturos omnes: qui recte ſentiunt: certiſſime ſperent: nõ minori propterea gaudio perfunduntur iuuentes hanc ſanctiſſimã tuam cum venetis vnionem/ quam iuſtus ille ꝛ timoratus Simeon: quẽ ĩ euangelio ſolemnitatis hodierne celebratũ audiuimus: Exultauit videns diuinam humanãqꝫ naturaȝ in vnam chriſti cõueniſſe pſonam: vt ſecundũ Pauli ad coloſſenſes verba: ſiue que ĩ celis ſiue que ĩ terris ſunt pacificaret. Ideoqꝫ ſicut ille deũ benedixit: ꝛ ait Nunc dimittis ſeruũ tuũ domine ſecunduȝ verbum tuũ in pace: quia viderũt oculi mei ſalutare tuũ: Sic nos tibi ĩmortales gratias agentes ſempiternaſqꝫ laudes tuas predicantes optamꝰ: vt poſt hanc temporaneaȝ: quam nobis paraſti: ꝛ roboraſti pacem per eaȝ eternũ illud ſalutare videre illoqꝫ frui valeamus. Quod eſt benedictum in ſeculorum ſecula. Amen.

1247

+

[illegible]

[illegible]